

a Non poenitebit. i. non parū uidebitur poenitere a penuria dicitur auctore Gellio in hac si gnificatione. sic ante Ciceronem usus fuerat Terentius dicens: Me quantum hic operis fiat: poenitet: id est parum uideatur quod a seruis fit. Tādiu discendum est inquit Seneca: quādiu nescias: si puerbio credimus: quādiu uiuas: & interroganti Philedono quoad discipulus eē uellet: respondit Plato: quoad meliorem atque peritiorem esse non poenitebit: sed poenitef in his uerbis platonis in aliam significationem: quæ nota ē omnibus accipitur. Quoad: quo

nō poenitebit. Sed tamē nrā legēs nōn multū a pipateti cis dissidētia: quōniā utrique et socra. et Pla. uolumus eē

usque. Proficias: crescas i ip sis philosophiæ præceptis. b Nostra: quæ nos in philo sophia scribius. c Non mul tum dissidentia a pipateticis non multū dissimilia a præ

ceptis pipateticorū: quibus nunc das opā sub Cratippo: & hoc dicit: ut ostendat se uoluisse i philosophia imitari stoicos: pipateticos & academicos. Nā in libris d finibus bonorū & malo rū more academicorū pbabilia defendens totus est pipateticus: imo pipateticorum discipli nam ita laudat: ut alias reiicere uideatur: sic enim introducit Pisonem dicentem. Relinqui tur hæc sola disciplina digna studiosis ingenuarum artiū: digna eruditis: digna claris uiris: digna principibus: digna regibus. In tusculanis disputationibus: & paradosis est totus stoicus remouetque ab homine affectus: quos ut dictat ipsa recta ratio probat aristoteles & academi ci: & dicit beatā uitam descensuram in tauꝝ Phalaridis: & tenens positiones stoicorū & admi rabiles opiniones quæ paradoxa appellantur. Interdum nihil affirmat: sed disputat i utrā que partem: ut Socrates qui ita disputabat: ut nihil affirmaret ipse refelleret alios: & nihil se scire diceret: nisi id ipsum quod sciret se nihil scire ob eamque causam ab Apolline sapiē tissimus iudicatus est: q hæc esset una sapiētia non arbitrari sese scire: quod nesciat. Et post socratem Plato: a quo acedemici eundem disputandi modū tenuit: quem Cicero pbauit & tenuit: cum uideatur esse sine arrogantia id disputandi genus sequutus est: cum i plerisque locis: tum uel maxime i libris de diuinatione. In primo enim itroducit. Qu. fratrem dispu tantem & affirmantem diuinationem esse. In secundo ipse refellit rationes & opiniones fra tris: nullo certo iudicio allato. ita Cicero ait: cum autem proprium sit academiæ iudicium suum nullum interponere: ea pbare quæ simillima ueri uideant conferre causas: & quid in quāque sententiam dici possit expromere: nulla adhibita sua autoritate iudiciū audientium relinquere integrū & liberū tenebimus hanc consuetudinē a socrate traditā: ea quæ iter nos si tibi. Qu. frater uidebimus q sapiissime utemur. a Quoniam utrique: affert rationē quare hæc quæ nunc scribit imitatus stoicos: & non multum dissident a dogmate peripateticorū: Ciceroni filio legenda sint: quoniam utrique inquit uolumus probabilia sequi: & socratis at que Platonis opiniones amplecti: Inter stoicos: pipateticos: & academicos potius i uocabulis q in re differentia erat. Vnde dicit Piso apud Ciceronem libro quinto de finibus: stoici re stant hi quidem non unam aut alteram a nobis: sed totam ad se nrā phiam transtulerūt: atque ut reliqui fures earum rerū quas cœperunt signa commutant sic illi ut nostris sentētiis pro suis: uterentur noīa tāquā rerū notas mutauerunt: ergo inquit. Quoniam utrique: id est ego qui nunc imitor Stoicos & tu qui das operam peripateticis. e Volumus eē Socratici. i. uolumus tenere omnis opiniones ipsius Socratis: qui i sola uirtute summum bonum posuit: & omnis bonos beatos esse: & improbos miseros dicebat. Has opiniones stoici a stoa porticu denominati: accipientes facere suam disciplinam & dogma: quorum princeps fuit Zeno polemonis academici auditor subtilissimus disputator & dialectice repertor: qui academi cam disciplinam corrigere ausus est. Nam omnia quæ ad beatam uitam pertinerent in una uirtute posuit. nec quicq aliud numerauit in bonis: idque appellauit honestum: quod esset simplex quoddā & solum & unum bonum: cætera uero & si nec bona nec mala essent tamen alia secūdū naturā dicebat alia naturæ contraria: & his ipsis iteriecta quædam & media nu merabat. Vnde dicit uolumus eē Socratici: & sic itelligit Ciceronē uoluisse opiniones stoico rū tenef: quoniā erāt pbabiles: & eas ipse i nonnullis locis tuef: & ueras eē ostēdit i paradoxis ait: eoque scripsi libētius: q mihi ista paradoxa q appellant maxie uident eē socratica: longe que uerissima. & alibi dicit Socrates isto modo disputabat: bene hercule narras. nam istū do ctū & sapientem uirū fuisse memoriæ traditū est. nam a rebus occultis & ipsa natura iuolutis in qbus ante eū philosophi occupati fuerūt: constat auocauisse phiam: & ad uitā coēm addu xisse: ut de uirtutibus & uitiis oīoque de bonis rebus & malis quæreret. cælestia autem uel p cul esse a naturæ cognitione censeret: uel si maxime cognita essent: nihil tamen ad bene ui uendum conferre. Ex disputationibus Socratis oēs sectæ manarunt. Socrates nihil scriptum reliquit: sed oīa de quibus disputauit: ab eius auditoribus Platone & Xenophonte eloquen tissimis celebrata sunt: & mandata litteris. Et subiungit uolumus esse Platonici id est tenere